



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Annalivm Trevirensium**

**Masen, Jacob**

**Augustae Trevirorum, 1676**

Liber XI. Benedictus VIII Pap. Henricus II Imp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12542**

## LIBER XI.

*Benedictus VIII Pap. Henricus II Imp.*

An. Chr. 1016 **V**acanti Trevirorum Ecclesie Henricus Imp. Popponem, Babenbergensis Ecclesie Præpositum, obtulit, Clerus populisque admisit: Genere, virtute, atque eruditione hac insulâ dignissimum. Luitpoldo enim Austriae (quæ superior tunc Pannonia) Marchione natus, & Richeza Matre, fratrem Adelbertum, & consuevit Luitpoldum, bellis adversus Hungaros celebratos habuit. Alter illi Fratrum Ernestus fuit, Sueorum & Alemanniae Dux; cui Gisela Imperatoris neptis desponsata. Quæ, ipso, pro fera in venatione, à Comite interfecto. Conradum Salicum duxit. Hoc Popponem genus lignæ pietate Ratisbonæ excoluit, haud vulgariter ornabat. Porro Henricus, ne quid turbatum, in Poppone sedi admovento, cetero Adelbero, ipse præsens Erkenbaldo Moguntinensi, cum Theodorico Metensi & Hamone Viridunensi Episcopis, adfuit. Comite Erkenbaldo consecrandi præcipuæ partes, ut parcerat, committerentur, Theodorictis, quæ erat ambitiosa, id sibi munus deposcere, contraque protestari ausus est. Pervicit tamen Imperator, ac Popponem consecratam sedi imposuit, parem, ut putabatur, Adelberoni ejusque factioni domandæ.

1017 **R**omâ ipse Pallium adfert. Neque eum sefellit opinio. Popponem enim, ubi ipse Romam profectus, ejus urbis proceres Pontificemque sibi conciliasset: Pallii honorem, cum diplomate Apostolico, consecutus, dicecessi sese ad quietem, à turbulenti hominibus, avocandæ dedit. Infederat collem urbi vicinum, qui sanctæ nunc Crucis sacer, tum insigni castro munitum, Adelbertus factione antepiscopalis, quem per Siconem strenuum militem, & Adelberto notum aggressus est. Hic in æstu & fatigatione

ante arcem substitit, potumque sibi pro veteri amicitia postulavit, quo liberaliter ab Adelberto suppeditato, discedens nuntiarum jubet, pro gratia sibi facta, se non tantum pocula vini aliqua, sed vasa etiam propediem remissurum. Quo nuntio abiens Adelbertum promissione lætum reliquit. Nec defuit Sico, sed pro vino armatis vasa implet, adestque cum paucis ministris portæ, munusque ostentat, sed admissus ut olim ex equo Palladis, sic nunc Bacchi dolis erumpit miles, occupatque aditu ipsum Adelbertum obruicat, arcemque Popponi restituit.

Cumque Scivam, seu Monclerium, pari arte tenuisset, Adelbero felicitatem ejus veritus, reliquis ultro cavitio se ei suastellis Sircio, Rutichio, Sarburgo, ac Berncastello cessit, que subditæque intra Præposituræ D. Paulini officium beneficiumque consultâ modestiâ continuit. Vicedomini ob-Vicedomini ob-lata sibi dignitate contentus: ut ex epigrapha Lapididignitate A-Saræburgensis arcis incisa, & post excidium, quo Brandelbero præ-deburgicus Lutherizans ante seculum hoc multumment-est, adhuc reperta intelligas. Sic enim habet.

*Hoc castrum à Domino Adelberone Vicedomino & Præposito S. Paulini, edificatum, & ab ipso Ecclesia traditum, Et postea per multa tempora neglectum, & desertum, tandem à Brunone Trev. Dei gratia Archiepiscopo reedificatum est.* Ex quo tunc Vicedominos, qui pro Archiepiscopo temp administrarent prædesse non ambigas.

Berncastellum insigni prædonum manu defensum per Berncastellum occupa-tinacius restitit, at superatum postremò, dirutis pro-lum occupa-tur à Poppo-pugnaculis, vim decusque amisit. Hinc ad sacras æ-tur à Poppo-ne & dirui-tur. des, quæ per superioris ætatis schismata opes virosque amiserant, instaurandas versus, Sanctorum Martyrum ad Mosellam Aseeterium, à Canonicis occupatum, Patribus Benedictinis restituit. ac S. Beato hinc ad Monasteriû Monasteriû-tem Confluentinum translato, possessionibusque utro-SS. Martyrum-bique, aut datis, aut redditis, cultum divinum revoca-Canonicis-pulsis Mona- vit. Quo tempore, cum Epternacense Monasterium pulsis Mona-ncendio quoque consumptum esset, Uroldi Abbatis, ohis reddi-tur. Conflu-indu-



entium erigitur, Epternacense instauratur.

**Prumia Canonorum Collegium fundat.**

industriam rursus emerit. Extat verò alterius eiusdem ævi Uroldi Prumensis Abbatis, ex Daunensium Rheni Comitum familia propagati, munificentia, laude ac memoriâ dignissima. qui juxta Monasterii sui septa, alteram excitavit Deiparæ basilicam, eamque Canonorum attributam collegio, sat locuplete agrorum prouentu instruxit. Henrico Imp. ac Poppone factum, non adjuvantibus minus, quàm laudantibus, ut unum hoc Monasterium, tanquam mater, plura alia pepererit Canonorum collegia; donec ad suos denique sterilitatis annos, ceu effœtum, perveniret.

**An. Chr. 1018**  
**Meinfeldensis ager ipsaque Confluentia Trevirensi Archiepiscopatu jungitur atque urbis speciem induit.**

Henricus verò, ut anno superiori Francofurti agens, ad Cunegundis intercessionem, Collegio Canonorum S. Florini Cæsareo diplomate largitus est, mercatum, ut vocat, in villa Gillenfeldt, summo jure etiam vedigilium & monetæ; ita hoc anno, agros apud Confluentem (qui, Meinfeldensi attributi pago, regii hætenus juncti fuerant) ejus loci Ecclesiæ ac Trevericæ diocæsi, indubitanter sit. Unde Confluentia, quæ præter Collegium utrumque S. Castoris & Florini, (regiâ domo in adverso monte constitutâ) nihil admodum complexa fuerat, jam in urbis emergere speciem, muris claudi, regalique ac fiscalique jure Archiepiscopis plenè tradi cœpit, Abbatia Trajectensi, sæpius datâ ablatâque, nunc rursus adjectâ. Unde de Confluentia cortis regiæ (quo titulo Meingaudus nuper in ea salvus steterat) nomen ab hoc tempore amissum sit, cœpitque Archiepiscopalis Trevirorum civitas haberi.

**S. Florinus apud Rhætos natus sancteque educatus vixit. sub Otone Mag. apud Confluentes celebratus.**

Sancti autem Florini, quem illustri hoc loco Canonorum collegio venerantur, translata ad locum religiosum primis suis initiis vix satis explorata est: nisi quod is apud Rhætos ad Rheni fontes natus, sub Alexandro Eremitanæ Ecclesiæ presbytero formatus, via unquam ferreus, cum arceretur urbe, haustam ex fonte aquam in gistro tulerit, quæ in vinum conversa, ejus jam tunc celebritatem adolescentis vulgârit, quam deinde multorum

ad fidem barbarorum conversione, ejusdemque post Magistrum Ecclesiæ laudatissimâ curâ, usque ad mortem probârit. Unde ejus ad Confluentes usque cum Reliquiis traducta observantia, favore Magni Ottonis aucta, & decimis Humbacensis castelli, per Hermannum Sueviæ & Assatiæ Ducem, alita, succrevit.

Ceterum & hoc tempore B. Simeonem Eremitam, S. Simeon Trevirensis Eremicola, ubi, qualisq; in oriente vixerit. celebri apud Treviros sanctitate cognitum, primum ad eorum dioecesim appulisse, atque à Theiologiensi Abbate Erbevino receptum esse constat. Mira illius fors, & vitæ per aspera quæque circumactæ ratio, ut ab ipso Erbevino vitæ scriptore tenemus. In Sicilia Antonio Patre Græco, & Matre Calabra natus, cum à Patre, Constantinopoli militante, jam septennis eruditus viris traditus, præter Græcam, Latinam quoque, Syriacamque, Arabicam, & Ægyptiam linguam teneret; pietatis demum, quàm literarum studiosior, Palæstinam, locaque Solymorum Christi vestigiis honoranda invisit, iisque delectatus, Hilario, eximie sanctitatis viro, Septennio in peregrinorum adhæsit ministerio, ac subinde amore captus solitudinis, nunc Eremum ad Jordanem, nunc in monte Sinai, nunc etiam monasticen in aliorum consortio, alio alioque perfectionis ardore sectatus, denique ab Abbate montis Sinai in Nortmanniam ad Richardum Comitem missus est, qui honestum pecuniæ subsidium, ejus loci Religiosis alendis, peregrinus ad dixerat. Quod iter varia ab eo sorte peractum; dum, nunc ut proditor, detentus; nunc ut hostis à piratis interficiendus, cum aliis, ex navi præceps natando emerit, donec ab Erbevino Abbate, cum Richardo Viridensium Antistite, ex peregrinatione revertentibus, assumptus viæ socius, penetrare tamen non potuit, Belgradi urbis præfecto moribus habituque suspectus. Quare In Monasterio Tholeiæ ab Erbevino receptus sanctè vivit.

fectione deflexit. ubi religiosa in domo, rarâ brevi san-  
ctimonîa vitæ conspicuus illuxit.

*An. Chr. 1019*  
Theodoricus  
& Henricus  
S. Cunigun-  
dis fratres  
Cæsari re-  
conciliantur.

Henricus inter hæc, lustratâ Saxonîâ, à Goslariensis  
comitio Moguntiam, atque hinc Ingelheimio Aquil-  
granum deflexit, ubi S. Heriberti interventu Theodo-  
ricus Metensis, & Henricus Dux fratres Cunigundis  
in gratiam recepti sunt. Et huic quidem altero po-  
anno Popponis intercessione Bavarîæ Ducatus restitutus  
est, à quo octennio dejectus, Ditmario teste, exulân-  
cùm Metensi adversus Regem bello pertinax rebellibus  
adhæssisset, quem soror Ratisbonam deductum læta re-  
stituit. germanum tunc denique verum rata, cum in pa-  
ce, & honore sociaretur.

*Godefrido  
Duci Lorhar.  
frater Goze-  
lo succedit.*

Quo anno Godefridus Arduennas inferioris Lotha-  
ringiæ, seu Belgicæ Dux, qui nuper in Frisones auspicis  
Henrici Imp. infelici prælio collisus, exercitu ad vocem  
incertum unde missam, fugiente, hostibus & carceri re-  
lictus, nunc custodiâ dimissus, domum non ad liberta-  
tem, sed mortem rediit. quæ nullis se patitur legibus  
pacis comprehendit. Successit Gozelo frater. quorum  
uterque in numero bene meritorum, à Metropolitanâ  
Ecclesiâ Trev. Clero censetur.

*1020  
Docti & san-  
cti apud Tre-  
viros hac æ-  
tate plures  
sunt.*

Ætas hæc eadem illustrium, quâ eruditionis, quâ  
sanctitatis famâ, virorum, Trevericâ in diocesi ferax  
in S. Eucharîi, seu Matthiæ, cœnobio Engelbertum  
Golscherum, Theodoricum, & Theodorum scienti-  
claros, præter virtutem, dedit. At Poppo Stabulensium  
& Richardus Virdunensium apud S. Vitonum Abbatum  
sanctimonîæ laude excelluerunt. Quæ utique, si  
certamen veniat, præferenda est: cùm virtus sine liter-  
ris pretium ferat, literæ sine virtute evanescent. Gol-  
scherus porro ab orationis facundiâ Trithemio laudatus,  
trium hujus Ecclesiæ Protoepiscoporum Eucharîi,  
Valerii, & Materni encomia calamo, uti & gesta Tre-  
vorum, complexus fertur.

Per eosdem dies Otto Comes Rhenanus, bello armis  
que, quàm castitate laudatior, diris ab Erkenbaldo M  
g

guntinensi Antistite ob illiciti thori vincula perstrictus, Otto Comes  
 igni ferroque per Moguntinum grassatus agrum, ad Rheni à  
 mixtis Trevirensium possessionibus non parcebat. quin Cæsare bel-  
 Hamersteinia infra Andernacum receptus arce dimove- lo victus ca-  
 ri, nisi ab Imperatore vires suas admovente, non pote- pitur.  
 rat. Huc ergo cum Cæsar, Heribertum quoque Colo-  
 niensem pro suppetiis evocasset Præsulem, isque ut  
 erat, affictâ valetudine se purgasset, Henricus hanc ob-  
 tendi magis, quàm esse causam ratus, munitari non sine  
 indignatione concepta, jussit; se igitur invisurum Heri-  
 bertum, si is recuset convenire Cæsarem. Nec factum  
 secus, ubi enim jam interceptâ arce Ottonem haberet  
 in potestate, descendit Coloniam, suâ etiam moturus An. Chr. 1027  
 Heribertum sede, aut certè haud levi clade multaturus, Cæsar S. He-  
 quod illum sibi jam à primis regnandi principiis obsti- riberto Co-  
 tisse, in negatis regni insignibus dum hæc ipse Aquisgra- lon. Archie-  
 ni conferret, persuasum haberet, malevolis quibusdam piscopo im-  
 instructo sermone hanc suspicionem alentibus. Quâ merito offen-  
 tamen se denique Henricus falsum deprehendit. Namq; sus, divinitus  
 exceptus urbe ab Heriberto, & perquam honorificè, conciliatur.  
 dum vindictam meditatur, noctu per somnum Antistes,  
 divinâ majestate spectabilis visus adsistere, his verbis  
 compellavit: *Cave ne quicquam in Dei famulum Heri-  
 bertum gravius decernas, aut difficilis tibi incumbet co-  
 ram Deo, cui acceptus est, ratio.* Quâ monitione usque  
 adeò pius Imperator flexus est, ut, detestatus errorem  
 suum, postridie ad pedes Heriberti supplex, etiam cum  
 lacrymis, acciderit; seque in pœnam ei dederit, quem  
 in pœnam destinârat. admirabili utriusque sancti viri  
 certamine, ubi quisq; alteri demissione sese ultimâ sub  
 sternere est visus; tantò minus habiturus culpæ, quantò missio, & He-  
 plus se habere profiteretur. Denique ita divulsi sunt, riberti mors.  
 ut Heribertus conscius instantis sibi mortis ultimam  
 Imperatori hac in vita salutem diceret, VII dein cal.  
 Aprilis defunctus.

Inter hæc Benedictus Rom. Pont. Henricum contra  
 Græcos Apuliam rursus invadentes rursus sollicitâ-  
 rat:

1022

V 3

rat:

**Infelix Henrici in Italiã expeditio.**

rat: quando Poppo (quæ tunc erant Episcoporum Abbatumque ad hæc onera militiæ præstandorum obligatio) cum exercitu XI millium præmissus est, Henrico cum Peligrino Coloniensi, qui Heriberto successerat, XX millium copias, haud multo post, in Italiam traduce. Verum ejusmodi illa fuit expeditio, ut peste ac ferro plerisque sublatis, revertentium cis alpes pauci sint reperta vestigia, functusque militiæ cladem non æquaret.

1623  
**Henrici Cæsaris & Roberti Galliar. Regis mutua benevolentia.**

A reditu Episcopus totâ Germaniã præcipuos Henricos colligit, ac his præsentibus, cum Roberto Galliarum Rege in Mosæ confinibus de utriusque regni commodis, atque Ecclesiæ totius incolumitate, egregiã mutua humanitatis ac benevolentia significatione deliberrat, Episcopis utriusque nationis Elvacensi in synodo ad communicanda ultro citroque consilia etiam coeuntibus. Placuitque decreto in Italiam itinere, Ticini cum Romano Pontifice consulta hoc loco utriusque Regum expendere; sed mors Benedicti hæc simul consilia abstulisse est visa. Memoria atque imitatione dignum est, quod cum uterque Regum ad Mosæ ripam subsisteret, quæstione nata, quis eorum transiturus ad alterum, Henricus, licet dignior, præoccupavit transitum, ac Robertum suis in castris salutavit, atque ex ingentibus auri argentique gemmarum ac centum equorum donis evangeliorum sibi librum, Cunigundi verò gemmas in aures delegerit, quod deinde factum Robertus, ab Henrico pari munificentia atque honore exceptus, sibi duxit imitandum, ne munera ante homines habuisse videretur. exemplo nostri etiam seculi Principibus digno.

**Liberalitas utriusq; Regis & munerum abstinentia.**

Moguntiam ubi appulisset Imperator, facile à cupiditate honorum persuasus Monasteriorum, ut inopiam, ac abundantiam ad jacturam regularis disciplinæ faceret, cum illa personas ad necessarium religionis cultum subtrahat, hæc ad libertatem dissolvat. Sancti maximi animum apud Treviros Monasterium, usque ad procerum invidiam



invidiam, locuples, non vulgari agrorum censu, hoc est, sex millibus & 656. mansis exuit, quos, ut in diploma, ait, ab Harichone Abbate in beneficium acceptos, fidelibus suis, Henrico Duci, ut videtur, affini, & Ez-

zoni Palatino Comiti, nec non Ottoni Comiti, bene de se meritis, feudi titulo consignat: eâ tamen lege; ut cum Haricho, jam senio confectus, commodè domi militiaeque servire Imperatori non possit, ipsi beneficiariorumque heredes, ea bello ac pace munia sustineant. Monasterium verò ac cetera illius bona, hoc per alter-

nos annos recurrente servitutis onere, perpetuum liberentur, nullisque clientelis fiant obnoxia. Quæ trium Archiepiscoporum consensu pridie cal. decemb. anno Christi MXXIII fuere confirmata. Non dispari Henricus sortè nuper Fuldæ atque Hersfeldiæ Monasteria, dissolutione inter rerum copiam obrepente, opibus juxta ac servitiò gemino, ut interpretabatur, malo liberaverat. Sed duro satis malorum remedio, quod facilius datur, quam accipitur. Haricho posthæc sortè suis parum gratus religionis causa Hierosolymam profectus, cum apud Myream Lyciæ Metropolin vitâ decessisset, Henrico agente, virum sanctum Popponem Stabulensis Monasterii successorem nactus est, cujus eximia virtus posterorum est litteris celebrata. Imperator, adulto jam vere, Magdeburgum cum Augusta deflectens conjuge, ubi morbo lethi prodromotentari cœpisset, neque ab intacta hæcenus Cunigunde liberorum quenquam tulisset, rogatus de successore, à Procerebus, Conradum Salicum Franconiæ Ducem, strenuum bello ac virtute virum, imperio dignum proponit. Hinc porrò Goslariam, atque inde ulterius profecturus, ab incumbente Gronæ morte sistitur: tum rebus ad extrema sanctè compositis; Augusta Cunigunde adstante, ad ejus propinquos conversus: *Recipite inquit, quam mihi tradidistis Virginem. qualem accepi, talem restituo.* Ita pridie idus Julias extinctus, funusque in-

Cæsar Monasteriorum onera simul & reditus, idq; notabili quantitate in S. Maximino imminuit. Ne copia disciplina obesset.

An. Chr. 1024. Haricho S. Maximini Abbas in peregrinatione moritur.

Henricus in Saxoniam moriens Cunigundem uxorem virginem, sanctus sanctam relinquit. *vel Bambergam.*

V 4 depor-

Epitaphium  
illi à femina  
conditum.

ni  
onim

An. Chr. 1025

\* *vel Caus-  
fungens.*

Cunigundis  
à morte viri  
Monasteriū  
ingreditur,  
post ab Haf-  
sis eversum.

Conradus  
Salicus Imp.  
pro filio Hen-  
rico quoque  
coronam im-  
petrat.

1026

Conradus  
agere à Pop-  
pone impe-  
trat, ut Bru-  
noni Tullen-  
sium Episco-  
po aliquid  
de jure con-  
secrandi re-  
mittat.

deportatum est. Rari ille exempli Imperator, rarioris  
conjux. filios cum nullos haberet, tot tamen reliquit, qui  
appellarent parentem, quot in Ecclesia & Monasteriis  
suis opibus ac beneficio aluit. Positum illi ab Hildegar-  
de Poëtria epitaphium est; ut qui feminam nullam ag-  
novisset, laudaretur à femina.

Cunigundis persoluto migrationis anniversario, &  
ipsa mori voluit, sed mundo, in Confugiensi \* à se exci-  
tato Parthenone, haud procul Cassellis ad amnem Ful-  
dam. ubi inter Basilicæ consecratæ solennia, seipsam  
templum Dei vivum consecrari est passa, virgineo pro  
augustali purpurâ velo induta, ac quindeccennio post  
mortua, juxtaque virum sanctum, virgo ac conjux  
sancta deposita. Quod exemplum tota posteritas ad-  
mirata probavit; donec Lutherus, imitatione præpo-  
stera, Virginem Deo sacratam voluit habere disparti planè  
sorte, conjugem. & Philippus Landgravius Hassorum,  
detracto Monialibus velo, anno salutis MDXXXI totum  
procatu Parthenonem, suis illum usibus copulavit.

Conradus sub hæc Salicus, nequicquam obnitente  
Cunone, seu Conrado, Vangionum Duce, ab Aribone  
Moguntinorum Præsule inunctus, præcipuâque faventem  
Procerum turbâ, Aquisgranensium Comitibus de im-  
perio constituit, & cum Romam, ad rebellionem quo-  
rundam infringendam, atque imperiale diadema à Jo-  
anne XX. Pont. evocaretur; ante, ut Aquisgrani Henricus  
fil. regis unctio ac corona à Peligrino Colonien-  
sium Antistite donaretur, poene supra vorum est affectu-  
tus, Poppone Trevirorum Archiepiscopo, ad honorem  
quæque suffragante, qui cum suam se debere Henrico  
dignitatem agnosceret, ultimæ illius, in Conrado sub-  
stituendo, voluntati noluit refragari. Quando tamen  
Conradus Rex cum Brunone consanguineo, electo Tullen-  
sium Episcopo, Popponem Trevis convenit, ro-  
gans; ut vel neglecto ordinandi jure, Romano illius  
Pontifici remitteret, vel Brunonem non tam arctâ  
juris jurandi formulâ obligaret: utrumque Popponem, su-

juris retinentissimus, negavit donec Wormatiensi res synodo composita est, ordinesque Bruno admisit, ac fidem Popponi, formulâ tamen minus strictâ dedit, postea ab hac sede ad Romanam cathedram, quæ erat viri virtus, transiturus.

Conradus porrò, cum Wormatiæ S. Burchardum Episcopum, Moderatorem quondam suum, jam extremo decumbentem morbo salutaturus adisset, atque hic viribus tantisper à Deo impetratis, excepisset venientem, benedictione ad Romanum iter donatus, Alpes transmisit, domitosque Longobardos, everfam arcem coëgit reponere, Ravennates propria se in urbe aggressos fregit, Apuliæ Normannos, Græcis exturbatis restituit ac subinde Romam ad Vaticanum pro imperiali diademate recipiendo deductus est.

Poppo interim reip. atque Ecclesiæ domi formandæ operam collocabat. cum forte Palatioli infra Treviros agens, vestimenti genus, quo in sacris uteretur virgini ejus Parthenonis quondam à Dagoberto fundati contexendum tradidit, quæ veneficiis usa, amatorio illud philtro, ad Antistitem traducendum, ille vit. Qui ubi post sumptam vestem insueto se libidinis æstu rapi sensit, quem veste simul remotâ deponeret, aliis experimenti gratiâ eandem exhibet, cumque pari illecebra traherentur, ad examen deducta res, compertumque Medæ ingenium, ac soluta cœnobii disciplina. Et illa quidem hoc ejecta contubernio, aliæ rigidioribus obstricta vivendi legibus, candidum exinde in pullum vertere habitum justæ. cumque detrectarent, abire loco, & in alia se condere monasteria coactæ sunt. Ex quibus Horreense in urbe, meliori disciplinâ cultum, plures excepit. Et hæc quidem Poppo rectè, sed illud perperam, quod sexaginta Virginum annonas, seu, ut ajunt, Præbendas militibus perpetui stipendii feudique titulo indulgeret. *Ita cæci mortales dum vitia aliena corrigimus saepe admittimus propria, pœnasque, dum infligimus, promeremur.*

S. Maximini  
Religiosi, ex  
corrupta di-  
sciplina resti-  
tuti, per Ab-  
batem S. Pop-  
ponem, fru-  
stra veneno  
petitum.

Nec spernenda morum labe, in laudatissimum alias S. Maximini juxta muros Monasterium sese infuderat. Opulentiam Henricus Imp. nuper liberali opum portione subtracta facile adimendo correxerat, tantquam disciplinæ sanctioris detrimentum; sed hanc laxatam pristinis legum cancellis constringere magis fuit difficile. In eam rem ex Stabuleto, vir pristinæ severitatis Poppo illi datus Antistes. Cujus rigorem cum Monastici non sustinerent, veneno vinum dapesque miscerent. at vir sanctus divinis præmunitus antidotis, aut innoxie sumpsit, aut præterit. Quin ad ipsos redisse autores visum. cum ante vertentis anni exitum pellenti luce consumpti, terrorem in reliquos sparserunt superstites, ut jam vel timore, vel reverentiâ suo conciliati Præsuli, mitius ejus mandata, obsequentiisque exciperent: aliorum castigatione quæ felix pœna est, commendati.

Poppo ob-  
tractata libe-  
rius Monasti-  
ca bona  
Hierosoly-  
mam pere-  
grinatur, sub-  
stituto in vi-  
ces Theodo-  
rico Metensi.

Et Poppo ubi se deliquisse sacrorum atrederatione bonorum, tam importunâ liberalitate in profanos usus transmissorum, videret. profectioe Hierosolymam ad loca dominicæ passionis mysteriis celebra, usitato tunc pœnitentium labore suscepit, ac Theodorico Episcopo Metensi, Romanæ sedis indulgentiâ, suas in archidicecellas vices commisit, assumpto non ignaro ejus profectioe socio, ex Tholeja, Simeone. Quod iter tantâ le- dulitate, & locorum omnium peragratoe, relicto in Syria Simeone, obiit, ut triennium pœne in eodem posuerit, ipsas Babylonis reliquias aditurus, nisi captivitatibus illum metus discrimenque retrò egisset. Interea cum Theodoricus sacris Treviris præsidet, brevi reversurus, suæ aliquod operæ pretium colligere, minus laudatâ pietate, constituit. Nam cum venerationis causâ, clavus Domini in ara expositus esset, ipse, Brunonis Antistitis malè olim tentato sacrilegio, nihil absterritus, formatum ad similitudinem clavum, dum ad aram faceret, substituit, verumq; intra manicæ sinus abstraxit. At dum ex ara regreditur, ubertim è clavo per vestes defluens

eror Clerum attonitum, suoque Præsuli metuentem, Hic clavum  
 ne quo vulnere perstrictus esset, circum attrahit. qui Domini sus-  
 terrore ac consternatione plenissimus, cum occultare furari con-  
 jam facinus non posset, rem, ut erat confessus, à Deo tus, ab eodē  
 hominibusque facti veniam est deprecatus, manantem sanguinem  
 que adhuc clavum sanguine produxit, qui in hierotheca fundente  
 hodie dum, cum altero supposititio clavo, asservatur. proditur.  
 Publico hic eventus chirographo, ab ipso præsule con-  
 signato testatus mansit. adeo muta etiam hæc metalla  
 divinorum mysteriorum vini, & reliquiarum apud Tre-  
 viros dignitatem extollunt. Id verò anno Incarnatio-  
 nis Dominicæ MXXVII calendis Julii factum Treviro-  
 rum fastis signatur.

Poppo demum cum S. Simeone reversus Treviros, An. Chr. 1028  
 Lutzelburgiorum factione, quæ Adelberonis nondum Poppo cum  
 sortem æquo animo sustinebat, dioccesin haud leviter Simeone re-  
 afflictam reperit, pacis tamen quam armorum cupi- versus hunc  
 dior, ad quietem omnia composuit. Et Sancto qui passus est in  
 dem Simeoni ad solitudinem, Deique solius conversa porta nigra  
 tionem aspiranti, nigram urbis portam, Martis quon solitariam vi-  
 dam curiam, indulgit, ubi in obscuro molis angulo lati tam agere.  
 tans, pane & aquâ pastus, inter assiduas preces, cantus-  
 que, & mille Dæmonis insultantis terculamenta, re-  
 liquum ætatis, singulari vitæ asperitate, transmisit.

Abbatibus verò Popponis ad S. Maximinum virtus cum  
 latius inclaresceret, Argentinae illum sedi Episcopum 1029  
 admovere Conrado Imperatori visum est; sed is fugiens Poppo Ab-  
 honoris, cum nescio quod natalium obtenderet huic bas Episcopa-  
 dignitati vitium: ubi illustri deinde ortu prodire Cæ- tum demissi-  
 sar accepisset, demissionem honorandam ratus, totius one fugiens  
 Germaniæ Abbatibus illum, per se aliosve Præsules, ipsius omnibus  
 iudicio delectos, moderandis præfecit. Unde factum, Imperii Ab-  
 ut lectissimis brevi Antistitibus, egregiâque morum batiis eorū-  
 castigatione Abbatia passim florerent; & quem nuper que Præsuli-  
 vix unius Asceterii Religiosi, nunc tota latè Germania bus constitu-  
 imperantem sustinerent. Tantum est in parvis sepe du- endis præsi-  
 tare constantiâ, ut magna denique obstacula facilius per- eitur, & egre-  
 frin- gè disciplinâ  
 promovet.

*fringamus.* Unde ab illo hisce locis Epternacensibus Humbertus, S. Matthiæ cœnobio Bertulphus, Metensibus Heribertus, Hersfeldensibus Rude, sive Rudolphus, Brauvveileranis iuxta Ubios Ello, aliis alii impostri. Ipse etiam Bosendorffii Monasterium, in amœno Lotharingiæ secessu juxta Niddam rivum excitavit, Cunonemque huic Abbatem dedit. ut unus jam, plurium instar, felici S. Benedicti disciplinam, & instauraret successu, & propagine amplificaret.

1031  
 Autoritas  
 ejus apud  
 Reges.

Eratque tanta viri, cum autoritas, tum apud Reges etiam æstimatio, ut Henricum Galliarum Regem inter, & Conradum Imperatorem de Francis occidentalibus jam inveteratum dissidium, æquatâ causâ, animisque firmâ pace compositis, quod tot bellis sedari non poterat, voce sola auferret. Nimirum Deo obsequentibus, humana promptius obsequuntur.

Poppo Archi-  
 ep. Epterna-  
 censem Ec-  
 clesiam con-  
 secrat, eleva-  
 to S. Willi-  
 brodi corpo-  
 re.

Thiofridus  
 Epter. Ab-  
 bas in S. Wi-  
 brodi vita.  
 Miraculosè  
 sanatur de-  
 speratè læsus.

Mal<sup>o</sup> S. Wil-  
 lebrodi Ad-  
 vocat<sup>o</sup>, unus  
 alterque, ple-  
 citur.

Poppo verò Archiepiscopus ab Humberto Epternacensi Abbate ad dedicandam recens erectam Ecclesiam, quam superiorum annorum everterat incendium, ad XIV. cal. Novembris invitatus, eam ritè consecravit, præsentem Henrico Bojorum Duce, ex Lutzelburgiis loci Advocato. Quando & S. Willebrodi ossa sub altare SS. Trinitatis translata, divinæ edidère præsentia signa. Nam & incorruptum prorsus per secula pallium sarcophago instratum fuit, eductumque ad miraculi spectaculum est, & hians tumba opobalsami fragrantiam vincere, omnesque perfundere gratissimo odore coepit. Quidam etiam è nobilitate Frithelo dictus, qui lapsus ex equo immedicabili plaga effuderat viscera, dum supplex ignoransque tumbæ allideretur, salutifera collisione pro vulnere salutem habuit, & viscera in sedem revocari, pristinamque redire sanitatem gavissus est, neque ingratus Servatori Divo deposito militiæ profanæ cingulo, se, cum duobus eximia indolis filiis, sacra istius militiæ addixit. Dispar fortuna & exitus Frithelonis alterius, Bedensis pagi, seu ditionis, Domini, Epternacensis cœnobii Advocati, qui hoc munus, pro consueto

dine malè Advocantium, non in defensionem, sed oppugnationem rapinamque verterat. Ille enim postquam, viribus, quàm æquitate firmior, Namurencem bello Comitem lacefferet, non modò turpiter ab eodem profligatus est; sed postea à gregario etiam milite interceptus. Cumque gener ipsius Bertramus, Burscheti Dominus, pari injurià D. Willibrodi hereditatem carperet, avitis ipse dejectus possessionibus, & anathemate illigatus, vitam in servitute ærumnosam traduxit. Quippe raro quisquam, ex dicatis Deo bonis, aut opulentior, aut felicior esse visus est: *Plures ex sacris opibus inopiam contraxere. aruginis instar sunt, & cui adhaeserunt, sensim consumunt.*

Rudolphus hoc tempore Burgundionum Rex sine liberis moriens, præterito nepote, Henrico Conradi Imp. filio regni diadema, cum lancea, quæ Christi latus fixerat, hereditatem transcripsit. Unde hoc regnum nepote frustra ad armorum præsidia transeunte, Germanis cessit.

Friderico quoque Mosellanorum Duce, Theodorici filio, sine mascula prole defuncto, ducatus qui ad arbitrium Imperatoris reciderat, Gozeloni \* Lotharingiæ Duci Godefridi fratris successori, ob navatam strenuè militiâ operam collatus est, amplis terrarum spatiis, à Mosella ad Scaldim usque, deinde præfuturo. Ita cum hominibus imperia transferuntur, nec cuiquam, nisi post hanc vitam, certæ possessionis spes relicta est, pro qua tamen, licet amplissima, longè minori contentione jungitur.

Popponem Abbatem hæc nihilominus cura tenuit, perque omnem versavit religionis, in Monasteriis promovendæ, industriam. Quo consilio Trevis Joanne nepote ad S. Maximinum substituto, in Stabulense, unde primum advenerat cœnobium se transtulit, ad labantem inibi disciplinam sustinendam. Sed & illic repressus est, qui legum præscriptarum impatiens, injuriosius sancti viri conatus interciperet, vindicante rursus Deo, & im-

An. Chr. 1032  
Burgundia  
accedit Im-  
perio.  
Sigebr. ad an.  
1034. Con-  
tractus.  
Blondus Lu-  
zins.  
\* Gozilo vel  
Gothelo.  
Mosellanicus  
ducatus Lo-  
tharingico in  
Gozelone

Limburgo  
Spirensi in  
Monasteriū  
vertendo  
præficatur.

& improvise luc, miserabilique lethi genere pertinacem conficiente. Nec Conradus Imperator virum sibi charissimum hic consistere diu est passus. siquidem gentilitium sibi castrum Limburgum, Nemetes inter Vangionesque situm, in Monasterium ipsi cum basilica S. Crucis & D. Joannis Evangelistæ transferendum commisit, coloniamque eodem Religiosorum diducendam, quod cum insigni solertia præstitisset, accersitum Treviris Joannem ascetis præfecit. ut sumptus huic operi Imperator, operam Poppo, uterque laude egregiâ, commodârit.

1034  
S. Simeon Eremicola  
moritur, &  
in porta nigra, pluribus  
miraculis editis, sepelitur.

Subinde inclusus Trevirorum portæ tenebris B. Simeon emicare moriens in novam lucem visus est. Eberwinum Abbatem suæ quondam peregrinationis ducem, imminente prænuntiata mortis tempore, ad se invitavit, ultimam accepturus daturusque salutem. Qui divinum se hominem, cælestique odore inter latebras obscuræ cellæ fragrantem convenire arbitratus, ultimos amplexus, verbaque discedentis excepit. quibus sibi ab Archiepiscopo exorari petiit, ut in eâ, quâ vixerat, portâ sepulchro relictum corpus mandaretur. quod etiam, Junii calendis anni MXXXIV moriens, est affectus: tantâ sanctitatis cælitus probatæ demonstratione, ut innumeri prope cæci, claudi, muti, & quibuslibet morbis, dirisque afflicti homines pristinae integritati redderentur, nec avelli incolæ accolæque loco possent; sed per dies omnino triginta funebres, inter sacros hymnosque, apparatus, non intermissis studiis duraret. Nec Regum quisquam eâ posset exequiarum solennitate frui, quâ ex latebra hac sordibusque, tanquam ex carcere quodam, productus Eremicola cultus fuit. ad eam *mors Sanctorum pretiosior nobis est, quam vita, & qui Regibus in solio, his in tumba honor defertur: nisi, quod horum veneratio secus quam illa, fuci expers, omnem malevolentiam excludat.*

1035

Aberat hoc tempore in Italia Conradus, Mediolanensis Archiepiscopi rebellionis frangendæ intentus, cum



Odo Campanus, Rudolphi Burgundiæ Regis nepos, Nepos Bur-  
 amissi dolore regni, & Tullensium quorundam provo-  
 gundi rebel-  
 catione stimulatus, in Lotharingiam sese armatus infu-  
 lans à Goze-  
 dit, Barrique castro occupato, latè arma terroremque  
 lone Lotha-  
 circumfert, sed Gozelo, fortissimus Lotharingorum  
 ringo frangi-  
 Dux, obviam factus, cadente licet sua ex parte Namur-  
 tur.  
 censium Comite, ex clade acceptâ ferocior, tantâ vi ad-  
 1036  
 versariis incubuit, ut Odone interempto, pax, Burgun-  
 diaque ut vocant Jurensis Robertoque Franciæ Rege  
 assentiente, Austrasiæ imperioque accesserit.

Aucta subinde XII mansis Michlenbaci Trevirensis Thietfridus  
 Ecclesia, per Thietfridum est Advocatum, postquam Advocatus  
 Poppo illius cum Lucharde consanguinea matrimo-  
 benefacit Ec-  
 nium, adhibitis in consilium Peligrino Coloniensi, & clesiz Trev.  
 Bardone Moguntinensi, Archiepiscopis, ratum habuif-  
 An. Chr. 1037.  
 set. Idem verò deinde suffraganeis Episcopis, Theodo-  
 rico Metensi, Lamberto Virdunensi, & Brunone Leu-  
 corum provinciali synodo cum universo clero, de ar-  
 chidiœcesalis Ecclesiæ commodis deliberavit, dona-  
 Monasteriū  
 tionemque amplissimarum vinearum, juxta Beronis ca- S. Eucharii  
 stellum, S. Eucharii monasterio, ab Adelberto & Judi- seu Matthiæ  
 tha Lotharingiæ Dynastis factum, probavit. Atque in- vineis dona-  
 tur.  
 stauratis jam summæ basilicæ ruinis, S. Maternum, à la- S. Maternus  
 tere D. Eucharii avulsum, maximâ solennitate, Episco- ad summam  
 pis præsentibus, consecratæ intulit. ædem trans-  
 fertur.

Quo tempore adhuc superstes Adelbero S. Paulini 1038  
 Præpositus amplas possessiones in Ecclesias & Monaste- Adelbero S.  
 ria testamentaria legatione partitur, Prumiensi cœno- Paulini Præ-  
 bio Wiltingen, decimas illi adjunctas S. Mariæ ad Mar- positus Mo-  
 nasteriis sua  
 tyres, Emmel S. Maximino, prædium Ocfè S. Martino, bona largi-  
 villas Nenniche, Paltzele, Dilmare & Helfeldt S. Eucha- tur.  
 rio, additis, quæ in Hempteren, Balderingen, Lam-  
 paiden, Bermerold possidebat. quibus jacturam se di-  
 versis illatam rependere profitetur, insigni terrenarum,  
 & vitæ præsentis, quarum prius amore deliquerat, asper-  
 natione, hoc, in ceteris verbis diplomatis, usus di-  
 sticho:

*Præsens*

*Præsens vita statum nescit præstare beatum:*

*Cum sit inæqualis, nunc lucida, nunc pluvialis.*

Verus ex propria experiētiâ Vates quorum nonnulli sunt, qui tunc primum cum desinendum est, rectè vivere didicerunt: feliciores utique, quàm illi, qui totâ hanc artem vitâ nequeunt comprehendere.

1039

Conradus  
Imp. mori-  
tur in Trev.  
Ecclesiam  
beneficus.

Mors deinde in suprema duo Germaniæ Procerum capita incubuit: alter Conradus prælati nominis virtutisque Imperator, dum grassantem in Italia pestem declinasset, hanc, in extremis septentrionalis Germaniæ oris, apud Frisios Nonis Junii anno MXXXIX, optiit, Trevirorum Ecclesiæ pluribus beneficiis, imprimis comitatus Marfeldiæ, exoleto nunc pæne nomine, commemorandus.

1040.

S. Cunigundis  
ex cella  
ad cælum  
transit.

Altera Cunigundis quondam Augusta, nunc augustæ habitatrix celle, ex qua multò illi expeditior ad cælum via, ad III. diē Martii anno ejus sæculi quadragesimo partu. Quæ cum Friderico fratre Lutzburgentium Comite, & Gisberto ejusdem Germano, Trevirensium Epimerides inter benefactores exornat, Sanctorum cum viro factis inferenda. Quorum licet magnus in Ecclesiaproventus; similitum tamen inter aulæ imperique libertatem ac delicias conjugum simul virginumque rissimus. Nullam hæc in vita maculam passa erat, nisi invidiæ suspitionis, quæ apud Henricum Imper. adu- terii accusata, accusatores erubescere coëgit, quanc- ignitam è foco productam galeam, illæsa manu ac ca- pite sustinuit, victoriâ quâ æternum triumphabit.

An. Chr. 1042

Simeon Ere-  
mita San-  
ctis accense-  
tur.

15. cal. De-  
cemb.

Templum &  
Collegium  
Canonicorū

Nec multò post Popponis Archiepiscopi postulatione. B. Simeon, ante sexennium Treviris vitâ functus, Bene- dicti IX Romani Pontificis consensu ac definitione, post tot cælitus oblata sanitatum beneficia, ceu indubia felicitatis æternæ argumenta, Sanctorum Catalogo acensus est, eademque, quam habitaverat, porta obstructo infernè per altissimos gradus aditu, rectòque altius erecto, muris Romani antiquissimi operis (cui hodie dum durant) stantibus, in fabricæ illustris templum est trans-

formata, erectoque ibidem, sancti Simeonis nomine, ejus nomi-  
ni à Poppo-  
ne erecta.  
 Canonicorum à Poppone Collegio honorata. quod ad  
 nostam usque memoriam, præclaris doctrinâ ac virtu-  
 te viris efflorescit. ut Romana illo in loco, non operis  
 tantum, sed & religionis antiquitas visenda emineat.

Henricus Rex niger à crinium colore dictus, qui 1043  
 Conrado Patri, in imperio juxta curisque, successerat,  
 Petrum Hungarorum Regem S. Stephani successorem,  
 in fidem tutelamque susceperat cum Ovo \* Petri amu-  
 lus, militiâ juxta felix audaxque, post occupatam Hun-  
 gariam, in Austriam Bojariamque usque, se victor effun-  
 debat. Huic ad Danubium Popponis sese frater Adel-  
 bertus Austriæ Marchio, cum Luitpoldo filio, habili ad  
 arma juvene, tanta animorum armorumque virtute ob-  
 jecit, ut qui Imperatorem occursum non forinidabat,  
 ipse se clientibus submittere, cæso ad internecionem  
 milite, coactus sit. Fractâ igitur cum timore hominis  
 audaciâ, ultro se ad pacem, obsidibus ab Hungariâ da-  
 tis, obrulit, & partem regni pactus, acquievit.

Porro Henricus Constantiæ, frequentissimâ proce-  
 tum synodo; ne quibus ipse metuendus, aut metuendi  
 ipsimet, ex mutua dissensione, superessent; donare se  
 injurias omnium professus, hanc vicissim à Suevis Ger-  
 manisque mutuâ dissensione inter se collisis profes-  
 sionem Christianâ pietate extorsit, quibus turpe visum  
 est, iras odiaque non ponere, ubi Rex potentiorque  
 ipsis vindex, ultione abjurata adeo sanctè mansuesceret.  
 Admirabili sanè Germanorum procerum exemplo,  
 quod laudatores hac ætate facilius, quàm imitatores  
 habiturum est.

Quò & alterum Henrici Regis exemplum nuptia-  
 rum cum Agnete Guilhelmi Principis Pictavorum, vel  
 filia, vel sorore celebratarum Ingelheimii, adduci queat.  
 Cum remoto omni luxu, histrionumque ac ludionum  
 magis & levitate, pauperum ad palatii fores gregem,  
 quam hoc pascere hominum genus maluit. Et oppor-  
 tune, quando fortissimus istic juvenis Luitpoldus Pop-  
 ponis

ponis nepos vivere inter hilaria epularum desit, publicisque haud levem mœrorem gaudiis aspersit. quem secum Poppo traductum Treviros iustis illic funebribus est profecutus.

An. Chr. 1044 Sterilitas, famēs, & pestis Germaniam sexennio affligit.

Hungari bello victi.

Rex Poppo ni Treviris benefacit.

1045 Godefridus Mosellania Lotharingia Dux, exclusus ab Henrico, & receptus.

1046 Friderico Lutzelburgico pars Lotharingia data, occasio rebellionis est.

Wazzo Leodiensis intercedit.

Annus consequens seculi undecimi quartus & quadragesimus, ut rigidissima hieme adussit vites, ita infelici sterilitate fameque ac peste, ceu flagello triplici, Germaniam Galliamque afflixit. tantò gravius, quanto irremediabilius, lustro post integro propagatâ calamitate. Hungaria tamen diversâ rursùm Ovonis rebellionē concitata, Henricum, cum Adelberto Popponis fratre, in arma iteratò excivit. qui validissimum hostium exercitum clade internecinâ prostravit. quanquam non sine aliqua Trevericorum strage procerum, quibus honestius visum est, hostili ferro victores, quàm domi fame ac peste victos succumbere. Treviros subinde Rex ad Popponem Natalitiis Dominicis revertit, illique præter cetera beneficia, antiquam monetæ ac teloniorum jus firmavit.

Godefridus sub hæc Lotharingia Dux, Gozelonis defuncti filius, cum fratre Gozelone, ille ob arrogantiam, hic ob ignaviam ab Henrico exclusus, principatu Mosellanico in Adelbertum translato; ut per Henrici absentiam armis omnia confuderat, ita præsentem veritus, cum se stitisset supplicem, memoriamque donatæ nuper omnibus injuriæ suggereret, hac etiam oblitterata in gratiam rediit, ac Lotharingico-Mosellanis possessiones recepit, pro Gozelone tamen fratre reliquæ Lotharingia Fridericus Lutzelburgicus Comes & Cunegundis, superstes etiamnum, germanus renuntiatum est. Quam Regis in alienos præ suis liberalitatem, cum æger animi non ferret, ipso in Italiam digresso, & Francorum Rege Henrico favente miserabili Tullenses ac Viridunenses excidio ac vastatione depopulati est. ut quantumvis Wazzo, Leodiensium id temporis præstantissimus Antistes, operam Franco avertebat

opemque Viridunensi Ecclesiæ, collato ære, præstando contulerit; impar tamen levandæ calamitati præsidium esset. Ipse demum post annum Adelbertus in-  
 fidiis Godefridi interceptus succubuit. adeò *vita nobis aliorum vilis est, dum pro exili terrarum portione decertatur.*

Et parum gloriosa, quamquam pro augustali honore suscepta Henrici nostri expeditio fuit. Romæ enim fœdissimâ tempestate factiosorum jactata Ecclesia est. pro Benedicto IX, nunc Sylvester III, mox hoc per Tusculanos Comites amoto, rursus Benedictus atque illo pecuniis abdicato, Gregorius VI cœperat præsidere, quod Henricus absque suffragatione suâ factum indignatus, in Sutriensi Episcoporum synodo Bambergensem Episcopum Suidegerum, quantumvis, reluctantem, Clementis II nomine præficit, & ab eodem Romæ cum Agnete imperiali coronâ redimitur. Hinc in Germaniam redux, cum Spiræ moratur, Popponem Trevirensium Antistitè morbo, ac brevi post morte, interceptum cognoscit. Ille enim dum metropolitanæ ædis fabricæ amplificandæ, flagrante solis æstu adsistit, usitatâ correptus febris, impar jam ex senio viribus, non vulgari sanctitatis famâ occumbit, memoriâ illius, fatali die, qui XVI cal, Julii fuit, quotannis in Clero repetitâ Depositus pontificali ornatu in S. Simeonis, excitata ab illo, æde sacra fuit, epiaphii versibus jam vetustate obtritis. Ex quibus hemistichion extat. *Spes gratissima Cleri. Et Clara manens lux.* quod virtutum illius decus nulla ætate obscurandum sit. Liberalitas certè ipsius in omni generis hominum, præcipuè sacrorum, per diversas Ecclesias, largitionibus profusis, cognita est. S. Simeonis Ecclesia, ut diximus, cum collegio ab eo fundata Primaria ædes corte Koreiâ, villisque Irâ, Odellingâ, Wileziâ, Suemichâ, Beverâ, ab eodem aucta est. Canonici S. Castoris apud Confluentes decimis Salicæ quondam Logensteinæ, Partenheimæ, Kerlichæ, ac Paffendorhæ donati. Diocesi etiam ipsius beneficentiâ

Henricus in Italia novo Pontifice instituto Clemente II, coronatur.

An. Chr. 1047

Poppo Trev. Archiep. sanctitatis, & liberalitatis in Ecclesias ac pauperes famâ celebratus obit.

tiâ accessit nemus Kylenvaldicum, à Kyla, seu Gelli, influente, ad Quintam rivum usque porrectum, ex Eifliano etiam tractu cortem junxit Brunfeldicam, & Enschæ. Rivum oleviæ novo opere, inclusoque lapidibus canali per urbem, magno publicæ rei bono ducto xisse, in fastis memoratur. In pauperes ea viri sui miseratio, ut cum in summa annonæ victusque penuriâ inopum grex ad urbem revertenti obviam fieret, ac lamentabili voce inediæ aliquod remedium flagitaret, isque æs omne præsens offerret, illi vero non pecuniam, sed equos ad sedandam famem postularent, & ipse, & ejus exemplo socii, equi discesserint, eosque miserabili esurientium turbæ, ad lenientiam & pactum repente irruenti, indulserint. Spectaculo quo & Popponis humanitatem, & afflictorum id temporis hominum calamitatem poteris æstimare.

Sororis illius  
Christinæ  
sanctitas.

Erat Popponis egregia in ore exporrectaque fronte dignitas, procero corpore, sed majore animo ornata. Soror illi Christina Simeonis exemplo Treviris inclusa, quæ 3. Nonis Novemb. beatæ illic mortis recordationem in fastis reliquit.

Eberhardus  
illustri gene-  
re Trev. Ar-  
chiep.

Imperator, morte Præsulis cognita, EBERHARDUS Wormatiensis Ecclesiæ Præpositum, ex Ezelino Comite Palatino Alemanniæ & Mathilde Theophaniæ Comitis III conjugis genitum, nec virtute quam genere norem submitit, Clero populoque ad hoc munus acceptum; quod quo eminentiorem quemque profectum hoc ferè utiliorem sibi hætenus experti fuissent, & Imperatori gratum esse reip. Antistitem, id non levis momenti esse ducerent.

An. Chr. 1048  
S. Poppo Ab-  
bas Maximini-  
nianus mor-  
tuis

Securus in morte Popponem, sanctus Poppo abbas Sancti Maximini Abbas fuit, in Martiniano Belgarum Monasterio dum iis locis disciplinam curat, defunctus. Unde Leodium funus, atque inde à Wazzone Episcopo Stabuletum primam suæ religionis sedem delatum est, istic celebri miraculorum gloriâ latè cognita.

Quem ceu prodromum sui funeris, Wazzo eodem anno morte pressit, hoc suorum notus elogio:

*Ante ruet mundus, quam surget Wazzo secundus.*

Nec mors tam illustribus sanctisque placata hostiis,

Damasum Romanorum Pontificem à summa sede avulsit. Henricoque curæ fuit, ut Bruno Tullensium

Episcopus, omni laude cumulatissimus in Synodo Wormatiensi à se suisque electus sufficeretur. Qui ne-

quicquam obniscus, ac denique induci se passus, quando,

cum Eberhardo Trevirorum, Adelberone Medioma-

tricum, & Theodorico Viridunensium recens delectis

Episcopis, Romam iter legebat, fortè Cluniaci in Hil-

debrandum, è Tuscia magnæ existimationis Monachum, & postea Gregorii VII nomine Papam incidit:

eius consilio, sine pontificio Romam habitu ingressus,

istius sese Cleri votis suffragiisque permisit; ne à profanâ manu sacrum munus iniqua usurpatione accepisse

videretur. Nec Clerus ab Imperatoris iudicio discessit,

Brunonis etiam demissione ad suffragandum invitatus,

quod mereri videretur, qui tot nominibus dignus non

refugeret abjici. Leonis placuit electo nuncupatio, e-

ratque jam diu à Superis ad hoc munus destinatus, cum

per somnum sibi visus esset à D. Petro Apostolo ponti-

ficali in habitu ad aram deduci, ac postea ingenti populo

S. Synaxin distribuere, quinque calicibus de manu

Apostoli sumptis; cum illi qui ponè sequebatur tres,

denique tertio unus solum daretur, qui, ut deinde agn-

itum est, pontificii annos signarent. Nam ipse Leo

quinque, Victor tres, Stephanus unum præfuisse com-

pertus est. Vidit & Ecclesiam sibi deformis horridæque

anus specie objectari, quam dum vitabundus, monstri

improbitate territus, declinaret, crucisque eidem signum

objiceret, in terram prolapsa, repenti, absterfa-

mani turpitudine, amabilem venustissimæ Virginis formam induit, quæ honesto illum amore provocaret. Ni-

mirum, incontinentiæ ac Simoniacæ labe infectam, Leo

ad cultiorem imaginem reducturus quondam erat. Quæ

Wazzo Leo-  
dius Episco-  
pus secutus.

1049  
Bruno Tul-  
lensis Epi-  
scopus in Sy-  
nodo Wor-  
matiensi ab

Henrico Pa-  
pa dictus,

Romæ tam-  
cum Eber-  
hardo novæ

se electioni

sistit, & Leo

IX dicitur.

Electio Bru-  
nonis à Deo

præsignata.

Ut & Eccle-  
sia in Simo-  
nia & incon-

tinencia re-  
formatio.

prima electi deinde cura fuit, Synodis per Germaniam Galliamque hac de causa, ut videbimus, institutis.

Eberhardus privilegiorū & primatus in primis confirmationem obtinet. quē Hildebrandus postea Gregorius VII. Pap. sustulit, coloniensi Archiepiscopo pralato.

Et Romæ quidem Eberhardo Trevirensium Archiepiscopo, antiqua primatus excellentia novo diplomate, uti & possessionis Romanæ quatuor coronatorum cellæ, confirmata est, stetitque prior dignitas, nisi qui in comitatu nunc aderat Hildebrandus, legatus deinde ad Coloniensem Archiepiscopum Annonem missus, illius occupatus studiis, demum Pontifex, hunc novæ dignitatis prærogatione antetulisset, vagabundo pro hominum affectibus ingenisque faventium honore; ceteroquin non temere ab eo, cui prima ætas & Apostolicus favor dedisset transferendus. Petrus Eucharius Maternum Trevis submisit, Episcopum. Eucharius Maternum ex subdiacono à se formatum Episcopum Coloniensibus. Ut olim Euchario ejusque successoribus, una præsertim lineâ subeuntibus, antiquitatis missionisque jure, velut hereditario, primatus cessus sit, quem denique Hildebrandus Coloniensi defert, ob recordationem, inquit, *disciplina, quâ tempore antecessoris nostri, in Ecclesia Coloniensi, nutriti sumus, ut si ipsius bona nutritio Apostolicæ missioni præferenda esset.*

Leo IX. In Germaniam ac Treviros appellit.

Leo verò Pontifex statim ad Ecclesiarum disciplinam instaurandum accinctus, post obitas Latii urbes, Alpibus superatis, in Germaniam & ad Henricum se transfudit, ac Godefridum Lotharingæ Ducem, quem ob facta profanâque magnis cladibus diruta, anathemate percusserat, pœnitentem, & publica etiam verberatione juxta canones perstrictum, cum Imperatore & Theodorico Episcopo in gratiam restituit, damna illata pro viribus reparaturum. Treviros subinde invisit, Ponte etiam

Pons Leonis ab ipso dictus, quem Eberhardus venienti stravit.

Leonis, quem ingressuro super rivum Everhardus stravit, nomen ab eo ad nos transmittente. Hic omnino cultus Paulinianam, recens instauratam Ecclesiam in honorem S. Crucis, S. Paulini, & Trev. Martyrum Felicisque, Mari, ac Modoaldi (quorum hic quiescent corpora) consecravit, larga peccatorum cum pœnis remissionem



missione indultâ , qui certis hoc templum anni tempo-  
ribus religiosâ pœnitundine subirent, aramque B. Cle-  
mentis privilegiis ornatam, non nisi constitutis in dig-  
nitate, usque ad Decanum templi, personis ad sacrifici-  
um indulsit. Illam quoque dedicavit S. Simeonis aram.  
quam dæmonem, frustra evertere conatum fuisse, im-  
pactis ad latus ungvium, ut apparebat, vestigiis fabulan-  
tur. Quod ob operis raram solidamque compagem,  
ejus Diabolum autorem velint; indignatum denique,  
cum sacris illa aptari cerneret, quæ profanis ipse volue-  
rat usibus destinari. At Leonem hunc Romanum  
signa consecrationis suæ veriora reliquisse, etiam supe-  
riori ævo, cum, revulsâ ad refectionem arâ, ejus insigni-  
a, in erutâ Reliquiarum thecâ, conspecta sunt, pro  
comperto recitamus.

Hinc, cum Eberhardo, Pontifex Tullos ingressus, to-  
tius Galliæ Episcoporum indixit concilium, simul ejus-  
dem loci basilicam, novo eductam opere, solenni cære-  
monia sacraturus. At Henricum Regem ut obsisteret,  
pœnè induxerant Episcoporum nonnulli, causæ istic  
dicendæ formidantes. Perficit tamen cum Pontifice æ-  
quitas, indictâque synodo ad Simonix quæstiones de-  
ventû, ubi cum Eberhardus Trev. Archiepiscopus libere  
pronuntiasset, neq; datâ, neq; acceptam à se sacrorû or-  
dinum, aut dignitatis gratia pecuniam, Rhemensis vio-  
latæ religionis postulatus hæsitare, morasque necere,  
ideoque nec criminis suspensionem evitare est visus. Lin-  
gonensis verò, cum purgandi sui gratia Hugonis Ve-  
fontini Archiepiscopi patrocinium exorasset, huic pro-  
pugnaturò lingua obrigit; ut nec deinde, nisi Pontifi-  
cum ceteris ad intercessionem S. Remigii versis, ser-  
mo redierit. ac Lingonensis divino perstrictus judi-  
cio, publica delictorum confessione, Romanum iter nu-  
dipes suscepit, ut istic ad Apostolorum limina posset  
expiari. Quod tanta jejuniorum, & castigati corpo-  
ris severitate instituit, ut redux in via pœnitentiæ victi-  
ma succumberet: periturus forsitan, nisi sic periisset.

Dedicat Ec-  
clesiam S.  
Paulini & arâ  
S. Simeonis.

Pontifex E-  
berhardo cõ-  
mito Rhemis  
concilium  
indicit, ubi  
diversi Simo-  
nix, nec sine  
prodigio cõ-  
victi puniti-  
que sunt.

Defensor  
iniquus elin-  
guis reddi-  
tur.

Metensi &  
Moguntinâ  
Synodo Ec-  
clesiam pur-  
gat.

Leo signo  
Crucis dæ-  
moniacum  
liberat.

An. Chr. 1050  
1051

Tullis apud  
Leucos di-  
versas Ecce-  
lesias confe-  
crat, & B.  
Gerardi cor-  
pus levat.

Sanctmaxi-  
minianis an-  
tiqua privile-  
gia confir-  
mat.

Hinc Metas reversus, post dedicatam S. Arnulphi ba-  
silicam, Moguntinensem ad Synodum transit, Eberhar-  
do comitante, ubi Henrico, & quadraginta facillè Epi-  
scopis præsentibus, Simoniaca impuritatique Clero ad-  
hærescens labe dignis vindicata pœnis, legibusque se-  
veris proscripita est, & Sibecho Nemetum Episcopus,  
cùm adulterii objectum crimen S. Synaxeos sumptio-  
ne purgare nititur, distorto ore maxillaque cælitus pu-  
nitus, temeritatem perpetuâ deformitate luit, solo de-  
inde silentio flagitium confessus.

Leo hinc Augiam insulam consecrandæ Ecclesiæ  
gratiâ adiit, atque inter sacra officia obstrepentem tur-  
bantemque omnia dæmoniacum S. Crucis signo, non  
modò domuit, sed à maligno etiâ obsessore vendica-  
vit. Inde, per Bavariam, Italiam revisens, postquam Ver-  
cellensi in synodo errorem Berengarii, Christi in Eucha-  
ristia præsentia inficiantis, damnasset, Germaniæ sese ac  
Lotharingiæ anno proximo reddidit, Tullensis suæ Ec-  
clesiæ, quam nec Pontifex quidem deserere sustinuit,  
curam habiturus. ubi diversorū locorum sacra moreq;  
instaurasse, basilicasque Deo Sanctisq; dicasse, ac deniq;  
S. Gerardi corpus in aede Tullensi honoratiorem in se-  
dem transtulisse memoratur, suæ postea Italiæ rediit.  
Theodoricus quoque ad S. Maximinum, à Poppone de-  
cessore suo præfectus, Antistes, à Leone hoc anno diplo-  
ma confirmatorum privilegiorum Dagoberti, Pipini,  
Caroli, Ludovici, & Arnulphi Regum, Henricique  
Conradi, & Ottonum Imperatorum obtinuit. Bona, ve-  
rò Monasterii in alios quam hospitem ac cœnobitarum  
usus erogari verat, & sub anathemate cavet, ne quis illa  
depeculetur: Henricumque Imperatorem ad quasdam  
possessions reddendas juxta Loganam, in vitis Mon-  
achis occupatas, inducit, cautelâ in futurum ab Impera-  
tore scriptis tabulis præstitâ. Quòd metuendum esse,  
ne Henrici Sancti exemplum plures in hujus Monasterii  
bonis subtrahendis, quam propriis facultatibus largien-

dis imitarentur, cum ad accipiendum plerumque etiam Principum aperta manus sint, ad dandum contracte.

Eberhardi verò Trevirorum Præfulis solertiâ res quo-  
que diœcesanæ locupletiores effectæ sunt, quando Im-  
peratoris & Procerum consensu, Walramus Arlunæ  
Comes Ecclesiæ Trevericæ beneficiarius, aliis quibus-  
dam à B. Petro acceptis prædiis, se aliosque vicissim ad  
præstanda militiæ, eis & trans Alpes, onera obligat, cessu-  
rumque omnibus etiam propriis in Meinfeldico tractu  
bonis denuntiat Ecclesiæ, si liberi, aut nepotes, sine he-  
redibus decesserint: interea precariâ lege omnibus po-  
titurum. Quæ solenni firmata diplomate Marchiona-  
tum Arlunensem Metropolitanæ Trev. Ecclesiæ anno  
MLII devinxerunt, Tabulas hujus transactionis apud  
Broyverum reperies.

Romæ Pontifex, cum solenni in Synodo B. Gerar-  
dum, Leucorum quintum ante se Præfulem, ob eximiam  
vitæ morumque præstantiam, sanctitatis titulo hono-  
rasset, in Germaniâ ad Henricum se transtulit, & Hunga-  
riæ Principes, tributorum onera detrectantes, cum Ger-  
manis conciliare conatus, Imperatoris aures animum-  
que aversum quorundam artibus reperit. ut proinde  
Hungari, qui indulgentiâ retineri in obsequio poterant,  
asperitate ad cædes populationesque fuerint concitati,  
Obtinuit tamen contra Nortmannos, Pontificiæ ex A.  
pulia dirioni infestos, auxiliaria Germanorum arma,  
quibus strenuum Lotharingiæ Ducem Godefridum  
præfecit, æcum Friderico ejus fratre, purpuratis de-  
inde Patribus adscripto, Nortmannis cohibendis ob-  
jecit.

Sub hæc Imperator Goslariensi, in Saxonia inferiore, Casar impe-  
basilicæ exornandæ intentus, repertum nuper apud Tre-  
viro S. Valerii, Divi Materni antecessoris, corpus, sibi  
suorumque pietati excitandæ petiit indulgeri. Cûnque  
impetrasset, Vilmariam, haud ignobile ad Loganam  
municipium, S. Eucharii apud Treviros Monasterio  
largitus est. donationis tabulis hac super re anno MLII  
Vilmariam.

1052

Eberhardus  
diœcesin  
Trev. ampli-  
ficat, & Arn-  
lunensem illi  
comitatum  
devincit.

Gerardus  
Tullensis E-  
piscopus,  
sanctus pro-  
nuntiatur.

An. Chr. 1053  
Godefridus  
Loth. Dux  
contra Nort-  
mannos in  
Italiam du-  
ctus.

Eberhardus  
S. Matthiae  
corpus inda-  
gat.

Et reperit  
coelesti odo-  
re proditum,  
sed tangi im-  
patiens, præ-  
terquam ab  
uno Religio-  
forum. cui  
dein digiti  
sape oleo  
stillant.

Godefridus  
Lotharingus  
in Italia per  
conjugium

confectis. Desiderabat impensè idem Henricus Cæsar  
sibi quæpiam ex ossibus S. Matthiae Apostoli commu-  
nicari. Sed cum hæc apud S. Eucharium recondita ho-  
minum observantiam fugerent, Eberhardus Romæ ve-  
satus ( ut solenne tunc Præsulibus hanc sapius inviseret,  
in librum incidit, qui hunc Apostolum, à D. Helena  
Constantini Matre, Romam, hinc per Agritium Tre-  
viros, ad S. Eucharium, translatum memorabat. ubi  
juxta Divorum Eucharis, Valerii, & Materni corpora,  
Austrum inter & Aquilonem, sinistro in latere deposite-  
tus, quiesceret. Antistes igitur paucis secum assumptis,  
in quibus Adelbero Metensium, & Theodoricus Virdu-  
nensium Episcopi, istic cœpit humum scrutari, cum  
hæc egestâ, cælestis odor, latentem thesaurum prode-  
re, & circumfundi qui aderant certatim præsentem, ut  
visu tactive experirentur, fortè etiam quippiam subde-  
cerent, in quod dū vehementius incumbit Theodoricus,  
divinitus conterritus tantâ retro vehementia fertur, ut  
pars vestis in sacrophagum propendens, istic avulsa relin-  
queretur. Unico tantâ cœnobitæ impunè fuit admovere  
manus, ac sacra ossa tripartitim digerere, cujus deinde in  
vita reliqua medii digiti, cum de S. Matthia sermo esset,  
oleo distillare visi sunt. An igitur hinc quippiam Henrico  
Imperatori cesserit, incertum mansit. Romæ porro ali-  
quid etiam ex sacris ossibus relictum fuisse, inscriptio  
quæ in S. Maria Majorè visitur, probabile nobis facit.  
Caput tamen, præcipuâque ossa attineri Treviris, Pon-  
tificum Rom. diplomata, atque indulgentiæ, tum cele-  
bratæ totâ Europâ ad ejus sepulchrum, remotissimis  
locis jam olim peregrinationes, & innumera tot seculo  
lis patrata, ad ejus monumentum, sanitatum miracula,  
mortuique ad vitam revocati sat manifesta testifica-  
tione promunt; ut Romanis titulum Treviri, hinc tan-  
luculentis freti possessionis testimoniis, non invidiam  
doni etiam præstantiam gratis animis venerentur.  
Godefridus interea Lotharingiæ Dux benè auspiciis  
in Italia bello nuptias junxit auspiciores, fretus Be-  
nifacii potentissimi Italorum Marchionis Beatrice

dua. cum quâ Parmæ, Mantuæ, Ferrariæ ac Tusciæ amplissimas possessiones adiit, jam ipsi Imperatori metuendus.

fit Mantuæ & Tusciæ Dux.

Fridericus verò frater, cum Petro Amalphitano Archiepiscopo, & Humberto, ex Tullensi Monacho, Cardinali, Episcopo Silvæ candidæ, viris ejus seculi doctissimis, & hoc non Græcè minus, quàm latine facundissimo, in orientem, conciliandæ ejus gratiâ Ecclesiæ, profecti, atque in certamen de primatu, azymis, aliisque controversis progressi, adeò manifestam retulere palmam, ut Niceta Pectoratus, disertissimus adversæ partis Monachus, palam Romanis accesserit, & Imperatore Constantino Monomacho indulgente, Michael Patriarcha, cum Leone Bulgarorum Episcopo, in S. Sophiæ templo, magnâ populi frequentiâ damnati sint, execrationis formulâ super aram relictâ. Legati mox egressi, post ritè compositas Latinorum Ecclesias, excusso pedum pulvere, non sine Imperatoris applausu munibusque Italiam revisere; sed Leonem, insigni sanctorum famâ immortalibus junctum reperere. Tullensibus ad XIX Aprilis ejus memoriam perennantibus.

An. Chr. 1054  
Fridericus ejus frater splendida legationi in orientem pro illius Ecclesiæ reconciliatione præest.

A quâ expeditione Fridericus Cassinum adiisse Montem fertur, atque istuc in legatorum Cæsaris præsentia, damnatâ mundi vanitate religiosum sumpsisse habitum, simulque renuntiasse Imperatori, cujus premebatur invidia, sperare se hoc in habitu extra jactum livoris futurum, quo mundi totius facultatibus abscederet: nihil enim habenti, nihil invidendum.

Patriarcha cum suis excommunicatur.

Fridericus fit Monachus.

Henricus verò Imperator Episcopis Principibusque Germaniæ Aquas evocatis, Henricum filium, licet puerum, Hermanno Coloniensium Archiepiscopo, non sine Lupoldi Moguntinensis obnitu, Germaniæ Regem consecrandum obtulit: ac deinde Comitibus Moguntiam traductis, Gerardum Eistatensium Episcopum, usurpato magis, quam laudato jure Romanum Pontificem edidit. Insigni tamen prudentia hac sede dignum, quem Roma Victoris II. nomine excepit Henricus verò cum exercitu

Cæsar Henricum filium puerum Aquis ad coronam offert.

Alium edit Pontificem Victorem II.

An. Chr. 1055

citu

Godefridum citu secutus est, ad Godefridi Lotharingi, jam Tusciae Ducis, insolentiam frangendam. Sed ubi Beatrix uxor  
Tusciae Ducis, in Italia obviam virum carceribus inclusum Imperatori ad penam  
cem in Italia obviam virum carceribus inclusum Imperatori ad penam  
subigit. offerret, Godefrido delictum, Beatrici virum donavit,  
reversusque in Germaniam eodem post se Victorem

1056  
Moritur Godefridi. Ultimum tamen in hac tragœdia actum suâ Henricus  
lariæ. morte nonis Octobris conclusit, quinquenni post se-  
relictio ejusdem nominis, diversæ sortis filio. Victor hinc

1057  
Victor Coloniae synodum instituit. & firmat Eberhardo privilegia. ab exequiis Coloniae profectus, institutâ Synodo cui  
præter Annonem, Coloniae nuper creatum Antistitem, celeberrimæ existimationis virum, etiam Eberhardus  
noster interfuisse visus. certè veterum privilegiorum, pari quâ  
superius sententia confirmationem sed non dñi valituram est  
assecutus, Regisque pueri latu cum Annone Andernaci stipavit,  
cum Henrico Palatino Comite Ecclesie Trajectensis Ministeriali. Qui cum  
pro more huic Ecclesie Advocatum dedisset, pro tutore  
raptorem; atque iccirco Gulziani clientes ad Regem  
querelas Andernacum deferrent; hic in equo superbe  
phalerato consecutus, ubi in conspectum Principum venisset,  
ab urfa, quæ haud procul, aderat, ruptis catenis in hominem  
provolante, repente confectus est, nulla ulterius præsentis  
offensione, & nec degustata quidem præda, ad suam sedem  
fera digrediente: ut pro Sancto hanc Servatio, omnibus ad  
ultionem perfidi hominum prodisse videretur. Nec dissimilis  
alterum, tam in rapinas, quàm officium Advocati successorem  
mors excipit, quando succussator cui insidebat equus, eliso  
calibusque attrito infelicem animam extorsit.

Palatini Advocatus in Servatium injurius ab urfa occiditur.

Alius ab equo contemnitur.

Fridericus Lotharingi ex Monacho Abbas, ex hoc Papa moritur.

Inter hæc Victor Pontifex prosperiore exitu vitam clausit,  
moxque consentientibus Romanorum suffragiis Fridericus  
Gozelonis Ducis Lotharingie filius, noster ex Monacho Abbas,  
ex Abbate Cardinalis, ex hoc Stephanus Pontifex, nemine præter  
ipsum dissentiente, creatus est. Sed optimum Ecclesie Principem moritur

proximo incumbens anno invidere est visa, quando post An. Chr. 1058 Benedictum, vitio præpositum depositumque justioribus comitiis, Gerardus Burgundio Florentinus Nicolai secundi nomine successit.

Sub quo Henricus IV. Rex, Augustâ Matre Agnete incitante, Ecclesiam Limburgensem \* S. Georgii Martiris ad Loganam, rarâ munificentia centum octoginta facile jugerum, per diversa loca ambitu locupletavit; ut donationis tabulæ Goslarie confectæ anno MLIX testantur.

Idem quoque Pontifex anathematis sententiâ percussus Conradum Lutzburgicum, Giselberti Comitis filium, Eberhardi Archiepiscopi liberæ correctioni donis auget, pœnæque subiecit, ob violentas manus immani temeritate eidem adhibitas, dum suam diœcesin visitator obiret. Etenim Comes ille (ut potentium, cum opibus cupiditas, audaciaque, & arrogantia solet crescere) ob commixtam limitum jurisdictionem fortè irritatus, suo in obvium Archiepiscopum comitatu in vectus hostiliter, vestibus spoliatus, Sacerdotalibus, ipsoque quod gerebat pontificali divulso pallio, ac sacro Chrysamate, quo diœcesanos passim muniebat, in terram effuso, ad carceres quoque captivum abripuit. Quâ injuriâ gravissimè ut par erat, Clerus populisque Trevericus, tum ipse Romanus Pontifex concitatus, abstentum sacris, ac fidelium communione exclusum pronuntiavit Comitem; nec aliter, nisi ad pœnam Eberhardi arbitrariam, hoc execrationis vinculo exsolvendum. Quo judicio Conradus vehementer percussus, non solum Archiepiscopum primæ libertati, sed eidem sese ad pœnam qualemcunque piacularem subiecit. Quem cum mœrentem supplicemque Eberhardus conspiceret, nihil pro se ad damni contumeliæque reparationem postulat; sed, animæ illius saluti consulturus, usitatam id temporis Solymæam peregrinationem imposuit, atque ea lege in gratiam communionemque Ecclesiæ recepit. Conradus tamen facinoris sui gravitate expensâ, ad certionem delicti

1059  
\* alii Lintburgum vocant.

Henricus Rex agente Matre Limburgensem Ecclesiam

Giselbertus Comes Lutzburgicus ob Eberhardum Archiep. captum, graviter à Pontifice & ipso Archiepiscopo punitur.

Inchoat Monasterium S. Petri Lutzelburgense. Moritur poenitens in peregrinatione. delicti expiationem, Monasterium S. Petri sub arce Lutzelburgica auspiciatus, Hierosolymam iter, raris poenitentiae argumentis ingressus, in via moriens succubuit heredibusque Monasterii coepti absolutionem reliquit quò ille de Palaestina, post biennium, reversus, Sigefridi, Friderico & Giselberto, pronepos, conditus quievit.

An. Chr. 1061 Henricus Comes Palatinus vitae ad bonum malumque inconstantis, in Treviros & Annonem Colon. injuriosius, conjugis propter quam Monasterium defecit interfecit, insanit, & Epternaco includitur. Non minori hoc ævo confusione in sacra profanaque se infudit Henricus, Comes Palatinus, non ex illis quod hodie dum Boio-palatini supersunt, at Ripuariis inferioris Rheni accolis. quorum deinde stirps exaruit, à Lotharingis, ut videtur, derivata. Hic insana animi mobilitate, nunc extremè pius, nunc impius in diversa replebatur. Gorziam ille, ceu fastidiens terrenarum, Monasterium Lotharingiae posito militiae baltheo subiecit, admirante Germania, belluam magis, quam hominem, ita repente ad Christi obsequium mansuescere. Cum non multò post mulieris Adelheidis amore captus, tantò in religionem odio ferri coepit, ut ejus passim cultores fortunaeque ferro, quàm posset, flammâque subverteret. Atque Annoni inprimis Colonienfium Archiepiscopo quo arcem juxta Sigam (quam Sigeburgum nunc dicimus) alias cessam, vi militiâque, ipsi etiam Ubiorum Coloniae circumfusâ, repetebat. Quare Anno ad vim imparatus, caelesti sese panoplia defensurus, ad Deum precesque confugit primum, tum quotquot civium aderant, improvisò effudit in propulsandum hostem, consternatus trepidusque fuga in Cochimam sese arce reciperet. ubi collecto velut animo ac furore, dum graviores Annoni plagam minatur, hic inter preces plati mi 34. illo sæpius ingeminato versu: *veniat illi laqueum quem ignorat*: fiducia plenus, milite rursus educto stat: cum intelligit: hostilem jam militem positus signi barbari Ducis imperium declinare, postquam illum rupta securi Adelheidi conjugis caput à cervicibus relevisse cognosceret, & cruenta etiam num bipenni, facinorose hoc tanquam glorioso palam se oblectare. Unde vult



culis injectis onustum, raptumque in Treviros, Epternacensis denique Monasterii claustris, ceu sua inter sepagula feram, coercent. ubi adempta libertate, & imperata jam rerum indigentia circumscriptus, vel invitus sapere, & mitiora consilia amplecti coactus est.

Et aliunde quoque, ex turbato Agnetis, quamvis piæ feminæ, moderatione imperio, Rhenicolæ quætiebantur. Consilium illi visque animi ad tam grandia decerant. Hinc Anno Colonienſium Archiepiſcopus, multis magnisque officiis par unus, Othone Baviariæ Duce & Comite Egberto adiutoribus, Henricum puerum cum imperii insignibus Matrî subducunt, & Agrippinæ mœnibus, quamvis renitentem continent, resque imperii meliori successu, velut tutores, administrant, Moguntino in eandem curam adscito, Eberhardo Trevirorum non inconsultè ab his muniis divertente. Anno tamen comitiorum gratiâ Treviros subiens, ad S. Maximinum exceptus hospitio, jam tum occultè moliri cœpit (quod deniq; impetratum est) ut Malmundariensem Abbatiam, à Strabulensi avulsam, sui juris efficeret, adeoque & hoc qualecunque imperium suis emolumentis fecit idoneum.

Irrepsit verò in aulam sacros inter homines Adelbertus quoque Bremensis Archiepiſcopus, qui ad fas nefasque prompti ac sagacis ingenii solertiæque, id brevi efficit, ut possessio Regis animo, autoritate ejusdem prævaleret ceteris, resque non minus sacras, quàm profanas versaret ad arbitrium & quæstum captaret ex omnibus; ut non jam ex virtutis merito, sed oblatis æris pretio Ecclesiasticæ ad quoslibet dignitates transirent; qua levitate Regis adolescentis fama integritasque, velut inter crepundia, profundi cœpit. Porro Italiam hoc tempore, instituto Mantuæ concilio, Anno ipse præsens tumultantem ex Pontificum schismate composuit, & Cardinalium Parmensem Episcopum Simoniacum, contraque Alexandrum II sese ingerentem, sua aliorumque sententia proscripsit. Sed reversus ad Regem, cum

1062

Anno Arch. Col. exelusa Agnete imperii & Regis administrationem, cum aliis principibus cepessit.

An. Chr. 1063 Adelbertus Bremensis Archiep. in aulam admiffus, denique occupata Regis gratia, intolerabilis evadit.

1064

1065

hic

hic sibi liberioris vitæ habenas, à Bremensi indultas, adstringi ab Annone impatienter fremeret, vix à gladio (quo ex Bremensis consilio jam quartodecennis accingebatur) manum continuit, ostendens, quid olim in Ecclesiasticos ausurus esses, qui nec à tali Magistro quidem se contineret.

Ob testamē- Per id tempus Anno quoque ædem Colonia ad Gra-  
rum Richare- dus, ut vocant, Metropolitanæ basilicæ struere aggressus  
dæ benefa- sus est, Clerumque ejus servitio ad sociare. Cui operi  
etricis nata postquam beneficia sua Richareda præpotens à Palati-  
Annoni cum norum sanguine Domina, & magna in summam ædem  
Wolphelmo liberalitate cognita, subvenisset, cum excellentis doctri-  
Abbate lis næ ac sanctitatis viro Wolphelmo ex S. Maximino Tre-  
denique huic virorum, ad Brauvileranum Coloniensis agri Mona-  
adjudicatur. sterium regendum postulato, nata illi controversia est,  
de Clotteno ad Mosellam pago, quod Monasterium hoc  
à Majoribus fundatum Richareda locupletare, seque inibi  
sepeliri voluisset. Verùm Anno id cum reliqua hereditate,  
& defunctæ corpore sibi vindicatum ibat: donec, per varias  
litium ambages, Wolphelmo & Brauvileranis adjudicata  
causa cum pago fuit. *Ita nec ab errore affectuque proprio  
probatas cetera viris, hac in mortalitate, satis cautam est,  
ubi solennis illa de MEO & TVO questio ventilatur, pronis omnibus ad sui  
favorem.*

An. Chr. 1066  
Adelbertus  
corruptor  
Henrici Imp.  
per vim au-  
tâ ejicitur.

Jam Henricus Imperator adolefcebat, sub pessimi  
adulatoris Adelberti Bremensis institutione, parum vulgo  
Proceribusque grata, qui cum suis Henricum cupidibus  
non frenaret, sed aleret; indicto à Moguntino & Coloniensi  
Tribunali concilio, aula & Imperatore indignus  
judicatus est; & aut ipse, aut Henricus sua potestate  
dimovendus. advolavit Henricus hoc decretum interpellaturus;  
at steterunt immoti proceres, & nihil cedere imperio  
voluisset Adelbertus relegendus erat, qui ad suam remissus  
Ecclesiam oneri huic magis, quam honori fuit. In Archiepiscoporum  
verò ad Rhenum tutelam receptus Imperator rerum gerendarum  
arbitrium penes eosdem reliquit,

Eberhardus hinc ad suos reversus, consilium de  
 Hebræorum gente, quæ Trevirum magnâ frequentia  
 incolebat, vel abigenda, vel ad orthodoxam fidem  
 transferenda, & animo concepit, & opere ipso est pro-  
 secutus, mandato edito, ut nisi ante paschalia festa Chri-  
 stiana sacra amplecterentur, urbe excederent. Pupu-  
 git decretum, atq; ad necem prius, quàm cogitata ex-  
 pleret, consciscendam impulit. Ad funestum hoc pro-  
 positum, cum vis impar suppeteret, stygiâ arte, & pre-  
 tio usi, S. Paulini clericum, nomine magis quàm re Chri-  
 stianum, induxere, ut ceream, quam confecerant Epi-  
 scopi specie ablueret sacro fonte imaginem. Hanc dum  
 Eberhardus hebdomadis sanctæ die ultimo sacrosan-  
 ctum lavacrum adit, mysteriaq; ejus temporis divina,  
 pontificali in habitu, peragit, succendunt insertis lych-  
 nis igne lento consumendam, cum qua Pontifex, dimi-  
 diâ ex parte consumptâ, linguâ animo, & digressus in  
 sacrarium inclinato in Archidiaconi sinum capite, ante  
 Crucifixi effigiem pronus extinguitur. Ceterum vir  
 immortalitate, cultæ religionis pacisq; amore, dignus  
 fuit: qui Episcopatum tranquillis rebus florentissimum  
 habuit, reductisq; ad S. Petri patrimonium, S. Maximi-  
 ni, & Servatii, abstractis quondam, Abbatibus, reddidit lo-  
 cupletioem. Tumulum in D. Paulini æde, quod non  
 nisi sanctis indultum hactenus, media in templi area,  
 sortitus est, hac inscriptione, post compertum sagiti-  
 um, à posteris ( sed calculi errore ) adjectâ.  
*Pausat hic Eberhardus Trevirorum Archiepiscopus,*  
*qui in vigilia pascha sacris instans officiis, ex cereâ ima-*  
*gine per Iudaos accensâ, ad sacrarium ductus, ibidem*  
*flexis genibus orans, in sacris vestibibus expiravit,*  
*Anno Dni. MLXVI. \* XVII. cal. Maji* Veneficii hoc ge-  
 nus jam olim Ethnicis cognitum fuit usurpatumq;.  
 Hinc Ovidius de Medea in Epistolis.  
*Devorvet absentes, simulacraq; cerea fingit,*  
*Et miserum tenues in secur urget acus,*

Eberhardus  
 Judæos, ni  
 converteren-  
 tur, urbe ex-  
 pulsus ab  
 eisdem ma-  
 gicè in cerea  
 ejus effigie  
 consumpta  
 tollitur.

Egregius  
 princeps reli-  
 gione impi-  
 mis fuit, se-  
 pultus in D.  
 Paulino.

\* MLX. VII.  
 cal. Maji.

Y LIBER